

ALFONSO ROGER DE LAURIA, MARÍA DE CARDONA Y LOS CASTILLOS DE NAVARRÉS Y DE QUESA

Andrés Galera Pedrosa

Junto a los documentos redactados en pergamino que contienen los diferentes privilegios concedidos a la Universidad de la villa del castillo de Cardona por sus señores jurisdiccionales, los vizcondes, condes y duques homónimos⁽¹⁾, y que en la actualidad se encuentran en el Archivo Histórico de Cardona⁽²⁾, aparecen algunos que, por su contenido, se pueden diferenciar del resto. Este es el caso del traslado notarial, realizado el 23 de febrero de 1357, por el notario de Tarragona Fernando de Fonoller, a ordenes de Pedro Tolón, canónigo-chantre en Lérida y oficial del arzobispo de Tarragona, del documento público que contenía la venta efectuada un año antes por Pedro de Jérica (¿? - Garcí Muñoz, Andalucía 1362), señor de Jérica, a favor de su cuñada María de Cardona, viuda de Alfonso de Roger de Lauria (d 1314 - Valencia 1355), hermano del anterior y señor de Cocentaina, de los castillos de Navarrés y de Quesa (La Canal de Navarrés, Valencia).

El traslado notarial de la compra-venta de los castillos de Navarrés y de Quesa ya atrajo en su momento la atención del arqueólogo y medievalista Joan Serra Vilaró, quien incluía un breve comentario de su contenido en su libro sobre la historia de los señores de Cardona⁽³⁾. Dado el interés que puede tener para conocer las relaciones existentes entre una de las dinastías más importantes de la alta nobleza catalana con el reino de Valencia, es nuestra intención dar a conocer el contenido de este traslado notarial más ampliamente, así como proceder a su transcripción.

Desconocemos como y cuando dicho traslado llegó hasta Cardona. En su dorso aparecen dos reseñas bien diferenciadas. La primera, «*Treslats autèntichs de la compra dels castells de Navarrés e de Quesa*», es contemporánea a la escritura del texto, mientras que la segunda, «*Compra València nº 715 plech Di*», se corresponde al número de registro que le fue dado en el año 1724, cuando el canónigo Miguel Mitjans y Llenguart procedió a catalogación del archivo de la Universidad. En el libro conocido como *Llibre de les Set Sivelles*, que contiene el índice de la documentación clasificada por el dicho Miguel Mitjans, aparece un regesto amplio del pergamino, que dice: «*A las Kalendas de Juny, any*

1356, en València, en poder de Arnaldo Ferrari, notari, Pere, señor de Exchia, y Doña Bonaventura de Arborea, sa muller, Jaume de Exchica y Beatris de Exchica, fills dels dits nobles coniuages, de sa certa ciència, venen a la noble Doña Maria de Cardona, muller del noble Alfonso Roger de Lauria, quondam señor de Cosentanyne, y a Pere Dirles, procurador de dita Señora Maria de Cardona (aquí esta constituida la procura) lo seu castell y lloch de Navarrés y lo castell y lloch de Quesa, cituats en lo regne de València, ab todas las alcarias, o casas de dits castells, ab todas las terras y fortificacions ab los camps, vinyas et cetera, ab toda la servitut, empriu y domini que dits venedors tenen en dits castells, en los homes y donas, tant christians quam sarracenis y altres qualsevols habitants, ab lo mer y mixt imperi, iurisdicció alta y baixa, ab tots exhércits y cavalcatas, y tot lo sobredit venen per lo preu de 160 mil sous de moneda de reals de València. Es transhumpto. Número 715»⁽⁴⁾.

Es más que probable, que la copia realizada en Tarragona, se remitiese al archivo administrativo que los vizcondes de Cardona tenían en el castillo de Cardona⁽⁵⁾, y desde aquí pasase al archivo de la Universidad, donde sería catalogado en el siglo XVIII junto a la documentación propia de ésta. En este sentido, recordemos que María de Cardona era la hija del vizconde Hugo I Folc (Cardona 1307 - Cardona 1334) y Beatriz de Anglesola. Así mismo, era hermana de Hugo II Folc (Cardona, 1328 - Cardona 1400), hijo primogénito de Guillermo (+ d. 1341); de Ramón Folc (+ d. 1343); de Pedro Folc (+ 1348), señor de Maldà; y de Beatriz, casada con Poncio IV (+ 1349), vizconde de Cabrera y Bas. La temprana muerte de su padre con tan solo 27 años, hizo que su madre Beatriz gobernase el vizcondado entre los años 1334 y 1346 como tutora de Hugo II⁽⁶⁾. Curiosamente, entre los más de 1.800 documentos pertenecientes al archivo capitular de la canónica agustiniana de San Vicente⁽⁷⁾, situada junto al castillo de Cardona y cuyo patronazgo laico pertenecía a los vizcondes, se encuentra un pergamino de este periodo relacionado con los feudos de los Cardona en Valencia, que nada tiene que ver con la comunidad de canónigos. Es una época, del 16 de febrero de 1341, donde Beatriz de Anglesola reconoce que bajo sus órdenes Guillermo Molner, habitante de la villa de Cardona, había cobrado las rentas correspondientes a los años 1338-1339 en los valles de Pego, Jalón y Laguar (La Marina Alta, Alicante) y de otros lugares que su hijo Guillermo tenía en el reino de Valencia⁽⁸⁾. Este es otro ejemplo de como documentación propia del archivo vizcondal se ha integrado en los archivos de otras instituciones cercanas a él, sea en el de la Universidad de la villa, sea en el capitular de San Vicente⁽⁹⁾.

Pero veamos las circunstancias que rodearon la compra-venta de los castillos y como se desarrollo esta. El 12 de julio de 1340, el infante Ramón Berenguer, conde de Prades y hijo del rey Jaime II, y la vizcondesa Beatriz de Anglesola acordaban el matrimonio de su hija María con Alfonso Roger de Lauria⁽¹⁰⁾. Este era el hijo de Jaime II de Jérica (+ 1321), señor de Jérica, y de Beatriz de Lauria, hija a su vez del almirante Roger

de Lauria, si bien adoptó el apellido materno a causa de heredar de su madre la baronía de Cocentaina y otros feudos de los Lauria. El matrimonio de María duró unos quince años, pues en el año 1354, durante el asedio de Alguer, Alfonso enfermaba, regresando a Valencia donde moría al año siguiente 1355 sin sucesión legítima. Por esta razón, nombró heredero universal a su hermano Pedro de Jérica, dejándole la baronía de Cocentaina.

Al año siguiente, el 15 de mayo de 1356 y ante el notario público de Cocentaina Bartolomé de Xulbio, la viuda María de Cardona designaba a Pedro Dirles, habitante de la misma Cocentaina, como su procurador para reclamar y recibir todos los bienes y derechos que le eran adeudados. Además, también debía acordar con su cuñado Pedro de Jérica, sobre su dote y el usufructo que a ella le pertenecía en todos los lugares y castillos propiedad de su difunto marido, así como para comprar los castillos de Navarrés y de Quesa en el reino de Valencia. La procura también incluía el poder administrar ambos castillos y nombrar oficiales en estos así como en los lugares y castillos de Mora, Valbona, María y Plasencia en el reino de Aragón.

Diez días después, el 25 de mayo de 1356, ante el notario de Valencia Arnaldo Ferrari, Pedro de Jérica, junto con su esposa Buenaventura de Arborea e hijos Jaime y Beatriz, acordaban con el procurador Pedro Dirles la venta de los castillos de Navarrés y de Quesa en favor de María de Cardona. El primero de ellos confrontaba con los términos de Tous, Quesa, Bicorp, Enguera, Chella, Bolbaite y Sumacarcerc. El segundo lo hacía con los términos de Navarrés, Bicorp y Tous. En la compra-venta se incluían todas las alquerías de ambos castillos, las torres, fortalezas, huertas, campos, viñas, cultivos y yermos, así como el mero y mixto imperio, junto a la jurisdicción alta y baja. El precio era 160.000 sueldos en moneda de reales valencianos, pero como Pedro de Jérica debía 150.000 sueldos a María de Cardona por razón de su dote, solo le fueron pagados 10.000 sueldos. De esta manera la compra-venta de los castillos de Navarrés y de Quesa servía para indemnizar a María de Cardona la dote aportada por ella en su matrimonio con Alfonso Roger de Lauria.

NOTAS

1. Véase a J. SERRA VILARÓ, «Els senyors de Cardona», *Història de Cardona*, vol. I, Tarragona, 1966.
2. Véase a J. CASAS i NADAL (coord.), «Arxiu Històric de Cardona», *Guia dels Arxius Històrics de Catalunya*, 5, Barcelona, 1992, p. 105-125.
3. Véase a J. SERRA VILARÓ, «Els senyors de Cardona», *op. cit.*, p. 294-295. Comentario que presenta un error en la fecha de redacción del documento, así como en los nombres de los actuantes.
4. Archivo Histórico de Cardona, XXI.1.1, *Llibre de les Set Sivelles*, F. 332, núm. 715.
5. Véase a A. SANCHEZ GONZÁLEZ, *Documentación de la Casa de Medinaceli: El Archivo General de los Duques de Segorbe y Cardona*, vol. I, Madrid, 1990, p. 50-52.
6. Véase a J. SERRA VILARÓ, «Els senyors de Cardona», *op. cit.*, p. 290-297.
7. Véase a M. CASAS i NADAL «La canònica de Sant Vicenç de Cardona a l'Edat Mitjana. Alguns aspectes de la seva història des dels seus orígens fins al 1311», *Història de Cardona*, vol. III 1ª parte, Cardona, 1992, p. 16-20.
8. Archivo Parroquial de San Miguel y San Vicente, Fondo San Vicente, Archivo Capitular de Cardona, núm. 1.321. Dice: «*Noverint universi quod nos Beatrix, Dei gratia, vicecomitissa Cardone, mater et tutrix nobilium Ugueti, eadem gratia, vicecomitis Cardone, et Guillelmoni, karissimorum filiorum nostrorum, ex certa scientia cum hoc presenti publico instrumento perpetuo valituro, confitemur et in veritate recognoscimus vobis Guillelmono Mulnerii, de Cardona, quod vos de redditibus, exitibus, proventibus et iuribus vallium de Pego et de Exalo et de Alguar et aliorum locorum que dictus nobilis Guillelmonus, filius noster, habet in regno Valencie, quos redditus vos, tanquam procurator nostri et dicti nobilis Guillelmoni, pupilli, pro aliquos annos recipistis et colligistis de mandato nostri de duabus annis, videlicet, anni intitulati ·M·CCC·XXXVIII· et anni intitulati ·M·CCC·XXX·IX·, tam de receptis quam de datis et expensis ipsorum duorum annorum, reddidistis comptum et rationem Guiyllelmono Porterii, collectori reddituum nostrorum, recipienti nomine nostro et pro nobis*».
9. Si bien en este último caso tiene una explicación por el hecho que los notarios de la escribanía y curia de los vizcondes coincidían con los de la escribanía de la parroquia de la canónica. Así la época fue redactada y firmada por Ramón de Correà, notario público de la canónica («*Raymundi de Correano, notarium publicum monasterii Sancti Vincentii de Cardona et parrochie eiusdem*»). En este sentido, véase a A. GALERA i PEDROSA, «L'escrivania pública de la canònica de Sant Vicenç de Cardona entre els anys 1326 i 1498» a publicar próximamente por la Fundación Noguera en las actas del *I Congrés d'Història del Notariat Català*.
10. Véase a J. SERRA VILARÓ, «Els senyors de Cardona», *op. cit.*, p. 291.

APÉNDICE DOCUMENTAL

1357, febrero, 23. Tarragona

Copia notarial ordenada realizar por el oficial del arzobispo de Tarragona, del documento original de la venta efectuada el 25 de mayo de 1356 por Pedro de Jérica, señor de Jérica, en favor de María de Cardona, viuda de Alfonso Roger de Lauria, señor de Cocentaina, de los castillos de Navarrés y de Quesa, ambos situados en el reino de Valencia, a cambio de 160.000 sueldos en moneda de reales valencianos.

Original: Desconocido.

Copia: Archivo Histórico de Cardona, XVII.1, núm. 715 (perg., 75 x 65 cm).

Hoc est translatum bene et ffideliter, translataum ·XXIII· die mensis ffebreri anno a Nativitate Domini millesimo trescentesimo quinquagesimo septimo, sumptum cum auctoritate et decreto venerabilis domini officialis Terraconensis a quodam publico instrumento originali in formam publicam redacto nichilo plus addito nichilo plusque remoto, cuius tenor talis est: «Noverint universi quod nos Petrus, dominus de Exericha, dompna Bona- /2 ventura de Arborea, uxor eius, Jacobus de Exericha et Beatrix de Exericha, ffilii dictorum nobillium coniugum, non coacti nec seducti vel vi metu inducti, set gratis et ex certa scientia et a toto iure nostro plenarie certificati atque instructi, cum hoc presenti publico instrumento pleno robore valituro et in aliquo non valituro seu revocaturu, sciente et consulte per nos et omnes succesores nostros presentes pariterque futuros, omnes/3 in simul et quilibet nostrum in solidum, vendimus, concedimus, tradimus seu quasi tradimus vobis nobili dompne Marie de Cardona, uxori quondam nobillis viri Alfonsi Rogerii de Lauria, quondam domini de Cocentaina, licet absentis tanquam presenti, et Petro Dirles, procuratori vestro cum publico instrumento tenor cuius est in forma que sequitur: «Noverint universi quod nos Maria de Cardona, uxor quondam nobillis Alfonsi/4 Rogerii de Lauria, domini quondam de Cocentaina, defuncti, scienter ffacimus, constituimus et ordinamus procuratorem nostrum certum specialem ac etiam generalem vos venerabilem Petrum Dirles, habitatorem dicti loci Cocentayne, presente et hanc procuracionem sponte recipientem ad petendum, exhigendum, recipiendum et recuperandi nomine nostro et pro nobis omnia et singula debita quod nobis debentur seu debebuntur et comandas/5 que a nobis detinentur et detinebuntur et omnia alia et singula bona et iura nobis pertinentia et pertinere debentia ubique a quibuslibet personis cum cartis et sine ipsis seu quamlibet alia ratione, et etiam ad componendum seu avinenciam et compositionem faciendum cum nobili dompno Petro de Exericha, herede universali nobillis et egregii viri domini Alfonsi Rogerii de Loria, virique nostri defuncti, de toto nostro exovario sive dote/6 et de usu fructu nobis pertinente in omnibus

locis et castris quos et que possidebantur per dictum nobilem virum nostrum tempore mortis sue, necnon ad emendum a nobili Petro, domini de Exerica, et ab uxore et filiis suis et alterius eorundem, castra et loca appellata de Navarres et de Quesa, situata in regno Valencie, cum alchareis et terminis ac aliis pertinenciis eorundem, et cum mero et mixto imperio et omni alia iuridicione/7 alta et baxa, hoste et cavalcata et aliis suis iuribus universis pro illo precio seu precii quibus poteritis et nobis bene visum fuerit faciendum. Et etiam super predictis et super empzione dictorum castrorum et locorum componere et tractare et avinencias facere et de dictis composicionibus, avinenciis seu tractamentis, capitula facere et de dictis capitulis et empzione dictorum castrorum et locorum, instrumentum vel instrumenta publicum vel publica, unum vel plura, fieri/8 facere et firmare et a dicto nobili Petro et aliis personis quibuscumque intervenientibus in predictis securitatis et obligaciones et cautellas quascumque recipere cum sacramento et homagio et cum illis cautelis, firmitatibus, securitatibus ac etiam renunciacionibus et concesionibus ibidem necessariis et oportunis et que expedicio negociorum postulat et requirit et de dictis locis et castris de Navarres et de Quesa corporalem posesionem et de hominibus ibi-/9 dem habitantibus et habitaturis, tam sarracenis quam cristianis, fidem et homagium recipere et habere et inde publicum instrumentum fieri facere. Constituimus vos inquam procuratorem nostrum et nomine nostro et pro nobis positis dicta loca et castra de Navarres et de Quesa et omnia alia bona nostra regere, gubernare, manutenere et defendere et homines ibidem habitantes corrigere et punire et quod nomine et voce nostra positis in dictis locis et in-/10 quibuscumque aliis petere, recipere et colligere omnes census vel censualia, redditus, peytas et alios quoscumque exitus et proventus et aquisvis personis et illos redditus in totum vel in partem arrendare ad certum tempus vel imperpetuum pro illo precio seu precii quibus poteritis et vobis bene visum fuerit faciendum. Et etiam ad ponendum et stabiliendum et permutandum in dictis locis et castris de Navarres et de Quesa, in regno Valencie, et/11 in locis et castris de Mora, de Valbona, Maria et Plasencia, in regno Aragonum, alcaydum vel alcaydos, baiulum vel baiulos, iusticiam vel iniusticiam et aliis officiales quoscumque et illos si vobis bene visum fuerit romovere et ab ipsis alcaydis pro dictis castris fidem et homagium recipere et alcaydis privatis de dictis alcaydiis dequocumque homagio et fidem quibus nobis tenerentur pro dictis castris absolvere et de dictis alcaydis, baiulis,/12 iusticiis procuratoribus ac collectoribus redditum nostrorum et aliis quibuscumque, tam sarracenis quam cristianis, qui pro nobis aliqui procuraverint vel ministraverint audire compotum et rationem et illos compotos seu rationes audare, ratificare et approbare ac etiam impugnare et de dictis compotis seu rationibus loco nostro et pro nobis dictis alcaydis, baiulis, iusticiis, procuratoribus, collectoribus redditum nostrorum, instrumentum vel instrumenta publicum vel publica, unum/13 vel plura, absolucionum et difinicionum ffacere et eu vel ea laudare, approbare, ratificare, ffirmare et confirmare. Nichilominus possitis in dictis locis et

castris de Navarres et de Quesa, in regno Valencie, de Mora et de Valbona et de Maria et de Plasencia, in regno Aragonum, uti de tota illa iuridiccione alta et baxa, mero et mixto imperio, hoste et cavalcata et de redempcione ipsius civiliter et criminaliter et hominibus vel feminabus/14 ybidem habitantibus et habitaturis penas imponere et eas levare et punire, corrigere et castigare malefactores prout qualitas et quantitas criminis vel delicti postulat et requirit et illos malefactores si vobis videbitur absolvere et perdonare et eisdem crimina vel deffectus et penas relaxare et absolvere prout nos ffacere possemus si ad essemus. Item etiam constituimus vos procuratorem nostrum quod loco nostri et pro nobis possitis/15 absolvere omnes homines et ffeminas, tam sarracenos quam cristianos aut alios cuiscumque status, legis aut condicionis sint, habitantes et habitatores in locis, castris, alchareis et terminis eorundem, quibus nobilis Alffonsus Rogerii de Lauria, quondam maritus noster deffunctus, habebat, tenebat et posidebat in regno Valencie et etiam in regno Aragonum, quequidem castra et loca et alcharias nos tenemus iure nostro viduytatis et alias ab omni/16 sacramento et homagio ffidelitate et naturalitate quibus predicta ratione et aliis nobis essent ascritti seu etiam modo aliquo obligati, necnon ad agendum et defendendum nos et omnia bona nostra in omnibus et singulis causis, questionibus et controversiis que vertuntur vel verti sperantur inter nos, ex huna parte agentes vel deffendentes, et quoslibet alias personas similiter, agentes vel deffendentes, et coram iudicibus quibuscumque, concedendo vobis in/17 hiis licencia et plenum posse conveniendi, agendi, ponendi, deffendendi, excipiendi, replicandi et respondendi libellum vel libellos offerendi et recipiendi, lites contestandi, iuramenta cuiuslibet generis fuit in animam nostram prestandi, testes iuramenta privilegia et omnia alia munimenta que pro nobis fient in iudicio vel extra producendi et producta ex adversso videndi, reprobandi et contra dicendi, suspectos dandi poniciones, faci-/18 endi, allegandi, disputandi, renunciandi et concludendi et etiam de iure nostro, semel et pluries, protestandi et protestacionibus respondendi et sentencias tam interlocutor quam diffinituras audiendi et ab ea vel ab eis et necessitate ffuerit appellandi et appellaciones prosequendi aut de directo nomine nostro dandi et offerendi et eas indempnes penitus servandi et pro pre-/19 dictis indempnitatibus, bona nostra obligandi condempnacionis et obligacionis pene quarti faciendi et recipiendi, et ab ipsis retroclama faciendi et ipsa retroclama ad execucionem deducendi, et apocham vel apochas de soluto sive instrumenta absolucionum et difinicionum nomine nostro faciendi et firmandi, et instrumenta etiam cessionum iurium nostrorum et accionum prout convenit et vobis expendies videbitur faciendi et predicta/20 iura nostra renunciandi et relaxandi procuratorem vel procuratores ante litem contestatam et post substituendi semel et pluries eosdemque removendi et negocium in vos iterum resumendi et generaliter omnia alia et singula in predictis faciendi et libere exercendi que nos facere possemus et exercere si personaliter presentes essemus etiam si talia fuerint que mandatum exigent speciale ponito quod essent graviora

superius/21 expresatis et que facere potest et debet bonus et legalis procurator legitimus constitutus liberam et generalem administracionem vobis in predictis omnibus et singulis plenarie concedentes. Ratum, gratum et firmum promittentes perpetuo habituram et inviolabiliter observaturam quicquid per vos in predictis et super ipsis actum ges(tum) fuerit seu etiam procuratum et nullo tempore revocabilis et quare volumus vos et substituendos a/22 vobis relevare ab omni onere satisfaciendi promittimus notario infrascripto vel publice persone stipulanti et recipienti loco et nomine omnium illorum quorum inter est vel intererit iudicio sisti et iudicatum solui cum omnibus suis clausulis sub bonorum nostrorum omnium obligacionum. Actum Cocentayne idus madii, anno Domini millesimo CCC.^o L sexto. Sig+num nobilis domine Marie de Cardona predicte que hec concedimus et firmamus. Testes/23 huius rei sunt venerabilis Raymundus Arnaldi ça Cirera, miles de domo nobilis predicte, et Emesius de Roderici de Valdarendo, scutifer habitator Cocentayne, et Andreas Coello et Laurencius Martini, vicum eiusdem loci. Sig+num Bartolomei de Xulbio, notarii publici Cocentayne qui predictis interfuit eaque scripsit cum supraonito in linea XXII^a ubi dicitur «nomine nostro» et clausit loco, die et anno prefixe», presenti et recipienti et infra-/24 scripto notario, tanquam publice persone, loco et nomine vestri dicte nobilis dompne Marie, stipulanti legitimi et recipienti et vestris perpetuo per vestrum perpetuum francum alodium et liberum ab omni onere debitorum et quavis alia obligacione seu inquietudine penitus expeditos castrum et locum nostrum de Navarres et castrum et locum nostrum de Quesa, sitos in regno Valencie, quos pro alodiis ffranchis et liberis tenemus et possidemus/25 infra dictum regnum Valencie et ab omni onere ffendi et alterius cuiuslibet servitutis et obligacionis expeditos et deliberatos, videlicet, cum omnibus alquereis ipsorum castrorum et cum turribus et fortitudinibus, ortis, campis, vineis, cultis, heremis et populatis et cum omni servitute ademprivo atque dominio quod nos habemus et habere debemus in dictis castris et in hominibus et feminabus, tam cristianis quam sarracenis ac aliis in/26 predictis castris et locis et eorum terminis habitantibus et habitaturis cuiuscumque legis et condicionis sint vel fuerint, et cum arboris ffructiferis et infructiferis et cum omnibus redditibus, exitibus et proventibus çofris, almaganis, censibus, laudimiis et faticis et cum omnibus aliis iuribus, servitutibus, et cum montibus et planis, silvis et garrigiis, nemoribus, pratis, almargalibus et stagniis molendinis, ffurnis/27 et carniceriis que infra terminos dictorum castrorum et locorum et cuiuslibet eorum sunt, et cum fontibus, stagniis aquis, cequiis et aqueductibus, et cum mero et mixto imperio et omni plena alia quamlibet iuridiccione et dominacione alta et baxa, et cum exercitibus et cavalcatis et redempcionibus eorumdem et cum monetaticho ac tercio decime, et cum plena proprietate atque dominio, et cum omnibus aliis plenis dominiis, proprietatibus, servitutibus, iu-/28 ribus et pertinenciis universis ipsorum castrorum et locorum, et si maiora essent iam specificans prout melius, plenius, sanius ac utilibus potest dici, scribi et intelligi ad comodum et

salvamentum vestri et vestrorum perpetuo que omnia nobis pertinente et pertinere debent in dictis locis iustis titulis sive causis. Quequidem castra et loca sunt per se terminata, videlicet, castrum predictum et locum de Navarres confrontantur et terminantur cum termino de/29 Tous et cum termino de Quesa et cum termino de Bicorp et cum termino de Enguera et cum termino loci de Xella et cum termino de Bobay et cum termino de Sumacartre, et castrum et locum predictum de Quesa confrontantur et terminantur cum termino de Navarres et cum termino loci nostri de Bicorp et cum termino de Tous. Iam dicta itaque castra et loca de Navarres et de Quesa prout superius confrontantur et terminantur, videlicet, cum/30 omnibus alchareis ipsorum castrorum et locorum, et cum turribus, fortitudinibus, ortis, terris, campis, vineis, cultis, hermis, populatis, et cum omni servitute ademprivio atque dominio quod nos habemus et habere debemus in hominibus et feminabus, tam cristianis quam sarracenis et aliis in predictis castris et locis eorum terminis habitantibus et habitaturis cuiuscumque legis et condicionis sint vel fuerint, etiam cum arbori-/31 bus fructiferis et infructiferis, et cum omnibus redditibus, exitibus et proventibus, çofris, almaganis, censibus, laudimiis et faticis, et cum omnibus aliis iuribus, servitutibus, et cum montibus et planis, silvis et garrigiis, nomoribus, pratis, pascuis, almargalibus et stagniis molendinis, ffurnis et carniceriis que infra predictos terminos dictorum castrorum et locorum sunt et erunt, et cum fontibus aquis, cequiis, aquaduc-/32 tibus et cum regadinis et sicanis, et cum mero et mixto imperio et omni plena et alia quamlibet iuridiccione et dominacione, alta et baxa, et cum exercitibus et cavalcatis et redempcionibus eorundem, et cum monetaticho et tercio decime, cum plena proprietate atque dominio et cum omnibus aliis pleniis dominiis proprietatibus et servitutibus, iuribus et pertinenciis universis ipsorum castrorum et locorum et eorum terminis et pertinenciis/33 prout melius, plenius, sanius ac utilius potest dici, scribi et intellegi ad comodum et salvamentum vestri et vestrorum et bonum ac sincerum intellectum et que nobis et alteri nostrum predicta pertinent et pertinere debent quocumque titulo vel alia quamlibet ratione, modo vel causa, et cum omnibus locis nostris iuribus, vocibus, rationibus et accionibus realibus et personalibus, utilibus et directis variis sive mixtis et quibuscumque aliis nobis nostrisque in predictis/34 castris et locis et vestroque ipsorum et eorum terminis vel pro ipsis competentibus et competituris quoquo modo pro ffrancho et libero alodio et expedito ab omni onere ffendi census et debitorum et alia quavis obligacione et servitute vobis dicte nobilis dompne Marie, absentis, et dicto Petro Dirles, procuratori vestro presenti, et notario infrascripto ut publice persone stipulanti et loco vestri recipienti et vestris,/35 perpetuo vendimus et concedimus, tradimus seu quasi tradimus precio, videlicet, centum sexagintam millem solidorum monete regalium Valencie quos omnes a vobis habuimus et recipimus et inde bene vestri paccati sumus ad totam nostram voluntatem in hunc, videlicet, modum quod penas vos de voluntate nostra retinuistis centum quinquagintam mille solidos quos vobis nos dictus Petrus, dominus de Xerica, tanquam

heres dicti/36 nobilis Alfonsi Rogerii de Loria, ffratris nostri virique vestri dicte emptricis, debebamus ratione dotis vestre sive exovarii. Residuos autem decem millem solidos nobis solvistis numerando. Renunciantes scienter omni excempcioni vendicionis predicte vobis non facte et peccunie predicte non numerate sive precii predicti a vobis non habiti et non recepti ut predicatur et doli. Et beneficio etiam minoris precii et dupli-/37 cis decepcionis et iuri ille sive foro quod subvenit deceptis ultra dimidiam partem iusti precii et omni alii cuilibet iuri contra hec venienti. Dantes et concedentes vobis et vestris perpetuo quicquid hec vendicio predicta amplius modo valet vel imposterum valebit precium autem dicto instituentes inde nos nomine vestro et vestrorum dominia et potentie tenore huius publici instrumenti ac in reram et corporalem posesionem vel quasi dicte vendi-/38 cionis quam vobis et vestris aprendere liceat auctoritate vestra propria licencia nostri curie seu cuiusvis alterius persone minime expectata seu etiam requisita. Et de iure, potestate et dominio nostri et nostrorum eicimus et in vestri et vestrorum ius dominium atque posse transferimus et transportamus atque ponimus de presenti sit quod a modo vos et vestri predictam vendicionem cum omni suo melioramento facto et faciendo semper habeatis, teneatis, po-/39 ssideatis et in pace perpetuo expelectetis ad habendum, tenendum, possidendum et etiam ad dandum, impignorandum, aliendandum, obligandum, excomutandum et ad omnes vestras vestrorumque voluntates perpetuo ffaciendas, exceptis clericis et personis religiosis atque sanctis. Sicut melius plenius, sanius ac utillius potest dici, scribi et intellegi ad comodum et salvamentum vestri et vestrorum perpetuo. Promittentes omnes in simul et quilibet nostrum in-/40 solidum et convenius bona ffide dictam vendicionem cum omni suo melioramento facto et faciendo perpetuo vobis et vestris defendere et salvare et ffacere, habere, tenere, possidere et expellectare quiete, potente et in sana pace contra omnes personas conquerentes vim vel querimoniam inferentes et in aliquo conturbantes ad forum Aragonum et ad forum Valencie et tenemur inde vobis et vestris perpetuo de firma et legali eviccionem et ab/41 omni dampno ac etiam interesse. Et erimus pro vobis et vestris veri actores et deffensores in quibuscumque litibus, questionibus et controversiis, demandis atque causis in curia vel extra curia, in iudicio et extra iudicium et etiam ubique. Itam quo si forte in antea in totum vel in partem huius vendicionis ullo tempore per aliquem vel aliquos cuiuscumque condicionis aut status sxistant vobis vel vestris fieret vel moveretur vel intemptaretur questio aliqua peticio vel demanda seu controversia de/42 iure vel de facto in iudicio vel extra, tam per oblacionem libelli quam alio quovis modo vi maiori pari vel minori incontinenti facta nobis seu nostris denunciacione sive non facta seu etiam non expectata denunciacione vestra quam vobis et vestris remittimus de presenti per specialer pactum in hoc contractu apponitum foro Valencie logente, quod si vendicio eviterentur ante quam evitantur, denunciari debeat venditoribus minime obsistente cui exprese et ex certa scientia renunciamus de presenti ante damp-/43 num datum in vos et vestros

habitum, et susceptum eisdem questionibus controversiis et demandis promittimus omnes in simul et uterque nostrum in solidum nos opponere pro vobis et vestris successoribus iusque firmare et pro deffensione vestra respondere et satisfacere nostris propriis sumptibus et expensis ac vos et vestros omnia bona vestra et vestrorum exinde ab omni dampno gravamine missionibus in interesse penitus custodire. Et ipsam litem, questionem, controversiam, /44 demandam et omnem causam in nos suscipere, ducere et tractare, tam in iudicio quam extra, et etiam ubique et earum deffensionem nos offerere et in causa et causis tam principalibus quam appellacionum sistere tantum et tamdiu usquequo per diffinitivam sententiam aqua ulterius appellari vel supplicari non valeat sine debito terminare fuerint vel nos aut vestri et etiam successores vestri si volueritis et eligeritis possitis ipsam litteram causam vel causas, controversias, /45 lites seu demandas per vos vel alium loco vestri eligere, agere et tractare vobis tamen et vestris super hoc electione servata tam in principio et medio quasi in fine et etiam in quacumque parte litis ubique quando et quotiens vobis et vestris bene visum fuerit et duxeritis eligendum sepe et pluries etiam variando. Remittentes vobis et vestris per pactum speciale, ius et necessitatem denunciandi et appellandi ac etiam supplicandi, et appellacionem seu appellaciones /46 aut supplicaciones prosequendi, et si vos vel vestri dictas causas tractare vel ducere aut duci facere eligeritis et super ipsis et super eviccionem contra vos vel vestros pronunciari contingerit et dampnum aliquid seu interesse per vos vel vestros susceptum ex inde fuerit aut aliquid de vendicione predicta seu parte ipsius a vobis vel vestris evictum fuerit sine diminutum per vim vel potenciam alicuius aut imprudenciam seu in scientia iudicis vel impericiam seu culpam /47 advocati seu partis vestre aliquid ablatum seu forciatum fuerit quovis modo, causa vel ratione vel aliquid robore perierit vel defecerit per vim maiorem vel minorem quolibet etiam casu fortuytu aut aliis qualitercumque totum illud quantumcumque sit vel fuerit vobis et vestris restituere et emendare promittimus voluntati vestre. Volentes et vobis concedentes per specialem pactum quod nos seu nostri posumus dicere vel modo aliquo allegare quod vobis vel vestris facta fuerit vis iniura seu in- /48 iusticia, si tota dicta vendicio aut eius pars aliqua a vobis vel vestris evicta fuerit ablata seu etiam forciata per vim vel potenciam alicuius, nec per vestri seu vestrorum culpa aut negligencia fuerit de eadem aliquid evictum ablatum amissum vel etiam forciatum, nec per impericia iudicis aut culpam vestri procuratoris seu in scientiam advocati vel casu etiam fortuytu vel aliter, ymo si contra vos vel vestros succesores fuerit sententiam quovis modo vel causa lata superius eviccionem predicta postquam nobis fuerit /49 denunciatum vel vestris succesoribus seu non expectata etiam denunciacione vestra quam vobis vel vestris remittimus ut superius dictum est per specialem pactum totum id quicquid quamcumque sic vel fuerit vobis et vestris restituere, refundere et emendare promittimus omnes in simul et uterque nostrum in solidum confestim voluntati vestre una cum omnibus dampnis misionibus et expensis graviminibus et interesse pro

inde factis et faciendis sustentis et sustinendis solo vestro et vestrorum sacramento averandis/50 quod exnunc sicut extunc et extunc pronunch vobis et vestris defferimus et pro delato volumus quod habeantur nullo alio probacionis genere requisito cui ex certa scientia et expresso renunciamus de presenti astringere de nos et nostrum quilibet per specialem pactum predictum iuramenti delacionem non posimus aliquo tempore revocare et pro eviccione et garentia legali dicte vendicionis et pro omni dampno missionibus et interesse et pro predictis omnibus et singulis a nobis seu nostris sit actendendis et complendis prout/51 plenius, largius, superius expresata et scripta ac narrata sunt. Obligamus omnes in simul et uterque nostrum in solidum vobis dicte nobile dompne Marie, licet absenti, et dicto Petro Dirles, procuratori vestro presenti et loco vestri recipienti, et etiam notario infrascripto ut persone publice legitime stipulanti et recipienti loco vestri dicte nobilis et vestrorum et quorum interest vel interesse poterit in futurum, nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia ubique habita et habenda. Renunciantes super hiis benefi-/52 cio dividende accionis et nove ac veteris constitutionis et epistole Dividriani et beneficio et omni alii iuri fforo Aragonum et Valencie, privilegio, rationi, consuetudini quibus contra predicta vel aliquid predictorum nos possemus seu alterum nostrum in aliquo defendere vel tueri. Et nichilominus nos dictus Jacobus de Exerica iuramus per Deum et eius Sancta Quatuor Evangelia manibus nostris corporale tacta predicta omnia et singula ut superius dicta, narrata et scripta sunt, sic actendere firmiter et complere/53 et rata et firma semper habere et nunquam contrafacere vel venire nec contrafacientibus consentire aliqua ratione, modo vel causa, sub cuius vinculo sacramenti, renunciamus beneficio minoris etatis et restitutioni in integrum et omni iure canonico et civile, publico et privato, scripto vel non scripto, et omni cuilibet iuri ac fforo Aragone et Valencie, consuetudini et constitutioni, privilegio, beneficio et auxilio propter que contra predicta venire posemus seu ea in aliquo perturbare aliquo modo ratione vel causa. Et ad/54 maiorem cautellam et firmitatem vestri et vestrorum, damus vobis dicte nobili et vestris, licet absenti, et dicto Petro Dirles, procuratori vestro presenti stipulanti et recipienti, ffidanciam salvitatis, videlicet, venerabilem Petrum Eximini de Lombierre, habitatorem Valencie presente, et hanc fide iussione sponte suscipientem qui nobiscum et sine nobis, vobis et vestris aut successoribus vestris teneatur defendere et salvare predictam vendicionem et firmiter obligetur ad forum Aragonum et etiam ad forum/55 Valencie, quam fidanciam salvitatis ego dictus Petrus Eximini de Lombiere in me suscipio et etiam libenter facio et concedo in forma et convencionibus ante dictis sub obligacionem omnium bonorum meorum mobilium et immobilium ubique haborum et habendorum. Et ad maiorem firmitatem nos dicte dompna Bona Ventura de Arborea et Beatrix de Exerica, cerciorate plenarie de toto iure nostro et instructe per notarium infrascriptum, iuramus per Deum et eius Sancta Quatuor Evangelia, manibus nostris corpora-/56 liter tacta, predicta omnia et singula, ut superius dicta, narrata et scripta sunt, semper rata et firma habere et in

aliquo non contravenire ut contrafacere de iure vel de facto aliqua ratione. Immo renunciamus quantum ad hec omni iuri foro, legi, rationi, constitutioni, beneficio et auxilio contrapredicta venientibus et nobis in aliquo adiuvantibus et nos dompna Ventura renunciamus doti et sponsalicio nostro et beneficio etiam Senatus Consulti Velleyani et omni alii muliebri auxilio et iure yppote-/57 carum nostrarum. Siquam vero hinc presenti pagine de sunt que aliquo tempore vobis vel vestris prodesse possent semper intelligantur esse apponita et scripta ad comodum et utilitatem vestri et vestrorum ac si hic specialiter essent scripta et expressata et siquam apponita sunt que per cavilacionem alicuius vel nimiam iuris subtilitatem vobis vel vestris obesse possent tanquam pro non apponita et non scripta penitus habeantur. Obscura vero vel ambigua siquam sunt hic apponita vestro vestrorumque libere interpretacionis/58 arbitrio comittatur. Quod est actum Valencie septimo kalendas junii anno Domino ·M^o·CCC^o·L^o· sexto.Sig+num Petri, domini de Exerica. Sig+num dompne Bonaventura de Arborea, eius uxor. Sig+num Jacobi de Xerica. Sig+num Beatrix de Exerica, filiorum dictorum coniugum predictorum qui hec laudamus, concedimus et firmamus. Testes huius rei sunt venerabiles ffrater Martinus de la Serra, de Ordine Fratrum Minorum, et Berengarius Mercaderii, iurisperitus civitatis Valencie, Jacobus de Ramo et Sancius Eximini de Lumbiere,/59 habitatores Valencie. Testes fuerunt firmamenti dictarum nobilium dompne Bonaventure de Arborea et Beatrix de Exerica, que ffirmaverunt et iurarunt predicta omnia et singula superius scripta et narrata que eis et cuilibet earum lecta et publicata ac explicata fuerunt et data etiam intellegi per notarium infrascriptum, in loco de Exerica die, videlicet intitulata pridie kalendas junii anni predictis, venerabiles Martinus Luppi de Taust, iurisperitus, Guillermus Raymundi de Linyan,/60 habitator in vila de Calatayu, Petrus Montoliu, Johannis Calvo, habitatores in dicto loco de Exerica. Sig+num Arnaldi Ferrarii, notarium publicum auctoritate regia per totam terram et dominacionem serenissimi domini regis Aragonum qui predictis interfuit et hec scribi fecit cum supraponito in linea ·II^a ubi legitur «nostros presentes pariterque futuros omnes in simul» et in linea ·VI^a ubi habeatur «intervenientibus» et in linea ·XV^a ubi continetur «privile-/61 gia» et in linea ·XXVII^a ubi scribitur «nostri» et in linea ·XXVIII^a ubi legitur «omnibus» et in linea ·XXX^a ubi habeatur «ipsorum» et cum supraponito etiam in linea ·XLVII^a ubi scribitur «per speciale pactum totum» et in linea quinquagesima prima ubi notatur «modo» et clausit loco, die et anno prefixo»./62

Nos Petrus Toloni, canonicus et prepositus in ecclesia llerdensis ac officialis Terrachonensis, huic instrumento et contentis in eodem absque iure tamen prejudicio alieni, auctoritatem nostram impertimur pariter et decretum manu propria subscribentes./63

Sig+num mei Fferrarii de Fonolleris, civis Terracone notarium publicum auctoritate regia per totam terram et dominacionem illustrissimi domini regis Aragonum, cui hoc translatum sumptum fideliter a suo originali publico instrumento et cum eodem de verbo ad verbum comprobatum

auttorizatumque per dictum officiale Terraconensis ut supra patet hec scribi feci et clausi die et anno in prima/64 linea contentis, cum supraponitis in ·XIII.^a linea ubi dicitur «approbare» et in ·XL.^a linea ubi dicitur «et vestris» et in ·XLVI.^a linea ubi dicitur «aut supplicacionis» et cum litteris rasis et emendatis in ·XLIII.^a linea ubi dicitur «sceptum».